

Rector Academiae Rostochiensis Henricus Müller/ Theologus Doctor ... Ad Exequias, Quas Parentibus suis desideratissimis, Viro ... Dn. Henrico Amselio, P. L. C. Scholae oppidanae Sub-Rectori ... Patri suo ... & Annae Molliae Foeminae Ornatissimae, Matri suae ... liberi paratas hodie cupiunt, Omnium Ordinum Cives Academicos invitat : P.P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus d. 19. Apr. An. M. DC. LXVI.

Rostochi[i]: Kilius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742726800>


Druck Freier  Zugang





Müller, H.,
in Henr. Amsel.

R. 1666.

26.







RECTOR 44.
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
HENRICUS Müller /

Theologus Doctor & Professor, Facultatis suæ
hodiè DECANUS, & ad div. Mariæ Pastor

*Ad Exequias,
Quas*

Parentibus suis desideratissimis,
Viro Clarissimo & Doctissimo

D N.

M. HENRICO
AMSELIO,

P. L. C. Scholæ oppidanæ Sub-Rectori vigilantissimo,
Patri suo benè de se merito,

&
ANNÆ MOLLIÆ,

Fœminæ Ornatisimæ,

Matri suæ dulcissimæ

Mœstissimi liberi paratas hodiè cupiunt,

Omnium Ordinum Cives Academicos
invitat.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus d. 19. Apr. An. M. DC. LXVI.

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILII, Academiae Typogr.



Uraturus sepulturam Saræ suæ Abraham,
a filiis Her, qui loca ea possidebant, petit

קבר אחות, hoc est, interprete R. Aben-
Esra, מקום שהיה לו אחותו כמו נחלה או מקום שאותו אותו בכסף להורית קבר למתו

locum, qui sit illi possessio, sicut hereditas, aut quem possideat
argento, ut sit sepultura mortuo suo. Illi comiter offerunt,
ut in monumentis suis, ubicunq; vellet, funus reponer-
ret. Esse enim illum אלהים נשיא inter ipsos, hoc est,

ut idem vult Aben-Esdras, נביא. Ast Abraham popu-
lum veneratus rogat, uti pro se intercederet apud E-
phronem filium Sohar de spelunca, quæ erat in termi-
no agri ipsius. Spelunca ista appellatur מערת המכפלה

Targum Onkelos: מערת כפלה. LXX Σπήλαιον τὸ διπλῆν.

Versio Samaritana, Syriaca, Arabica; Spelunca duplex.

Pagninus; Spelunca duplicitatis. Junius & Piscator; Spe-
lunca Machpela. Lutherus & Diätenbergerus; Eine

zwiefache Höle. Baravi; De Speloncke Machpela. Angli;

The cave of Machpelah. Qui pro nomine proprio vo-
cem habent מכפלה, meo quidem iudicio haud errant.

Eteniam

Et enim ipsum monumentum, & agrum monumento
conterminum hoc nomine insignitum propriè, ex ver-
su constat XVII & XIX. Cur autem locus iste à *duplici-
tate* nomen sortitus sit, interpretum variant sententiæ.
R. Aben-Esdra vult ita dictam esse speluncam, quia
מערה בתוך מערה, *Spelunca intra speluncam*: quocum fa-
ciunt, qui speluncam fuisse duplicem statuunt, exterio-
rem unam, alteram interiorem, Bonfrerius, Sopranes
aliive; fors illam pro viris, hanc pro foeminis, uti non
obscurè indigerant Procopius Gazæus ad h. l. & Au-
ctor Hist. Schol. c. 50. in Genes. Calvinus, *Ego verò, in-
quit, unum fuisse aditum divino, sed intus medio interstitio
divisam fuisse speluncam.* R. Salomon pro duplici spe-
lunca duplicem affert sententiam in Erubin fol. 53. a.
Prima est, quod vocetur Machpelah, שבת ועליה על גברי,
quia fuit domus, & cenaculum supra eam: Altera, quod
ita vocitetur, כפולה בוגות *quod duplicata paribus conju-
gum sepulorum.* Sufficiat hæc attigisse, quia vix ope-
ræ pretium, ut curiosius in loci appellationem inquiram-
us, quandoquidem locorum nomina plerumque in-
certæ sunt originis. Faveamus nunc iis, qui duo cava
μὲν ὅς ἐστι interpretantur, ex eo quod paria conjugum in
iis posita fuerint. Nimirum volebat Patriarcha etiam
post mortem cum conjugæ sui studiosissima habitare,
fors ob dilectionis quendam excessum, ne vel post
mortem ab eâ, quam deperibat, separaretur; fors et-
iam

iam ad documentum morale, quia dum supervixerant
ambobus una eademq; mens erat sine dissidentibus
studiis. Ut tribus me expediam; UNUS idemq; in
vita ANIMUS. UNUS idemq; in morte TUMU-
LUS. Exemplum me recens poscis Lector? En
tibi Conjugum par, quorum in vita mens una sed in
duobus habitans corporibus, in morte cadavera duo,
sed uno eodem die suscepta monumento, HEN-
RICUM intelligo AMSELIUM, ejusq; in morte
etiam conjunctissimam uxorem ANNAM MOL-
LIAM, in cruce positos utrosque non ita pridem, nunc
verò in luce. De utriusq; funere breviter, & ut temporis
ratio feret, exponenda nobis sunt, quæ accepimus.
Et quidem quod ad AMSELIUM nostrum attinet, inde
ducemus initium unde vitæ fuit exordium. Editus ille
in lucem est *hic apud nos anno hujus Seculi XXII. Patre*
Viro Clarissimo & Doctissimo, Dn. M. PANCRATIO
AMSELIO, P. L. C. Scholæ oppidanæ Collegâ & Tem-
pli Jacobæi Cantore fidelissimo; *Matre* verò ELISA-
BETHA *Riß*/ lectissima & ornatissima foemina. *Avus*
paternus fuit ANDREAS *Amsel*/ ex Stiria, ejusq; oppi-
do non ignobili, cui nomen *Stain*/ oriundus, ab Am-
plissimo hujus urbis Senatu constitutus Musicus, artis
sux peritissimus; *Avia paterna* MARTHA *Hilbermans*/
foemina honestissima. His natus parentibus, moxq;
per Baptismum nova renatus creatura, ab ipsa pueritia
assuefecit sese, ductu piissimorum Parentum, omni vir-
tuti

ruti ac morum elegantia, quæ tantò in ipso paratior
erat, quantò indoles ei contigerat, aut natura felicior,
Etiam oppidanæ Scholæ filium hunc suum fingend-
um dederunt formandumq; parentes, usq; dum de-
cimum octavum attingeret annum. *Anno M. DC. XL.*
missus est Lubecam, celebrem præ aliis Civitatem, ubi,
Pædagogi operam primarii cujusdam Mercatoris filii
præstitans, per triennium substitit integrum, Virumq;
de re literaria non impigrè meritum, B. M. JOHAN-
NEM KIRCHMANNUM, Philologum & Historicum
celebratissimum, Scholæ Lubecensis tunc temporis
Rectorem publicè privatimq; audivit. Hinc Narvam
abiit, Livoniæ haud incelebre oppidum, inq; ibi addi-
scendis literis per annum ferè noctes desudavit atq;ve
dies. *Anno M. DC. XLV.* consilio Virorum cele-
berrimorum, suorumq; jussu Wirebergam contendit,
ut nempe, quæ præclare hucusq; studiorum funda-
menta jecerat, erigeret altius, ac iisdem seriores pro-
fectus inædificaret, usus ad id operâ imprimis Viri de
Ecclesiâ Christi meritissimi B. JOHANNIS HULSE-
MANNI, Theologi Doctoris & Professoris, singularis
industriæ, maximæq; in curando officio fidelitatis.
Hinc domum redux Patris jam canis induti senioq;
gravis ita supplevit vices, ut tamen non sibi suisq;, de-
esset studiis, quod aliquoties opponendo responden-
doq; publicè eleganter adeò dedit comprobatum, uti
indoub


dignus censeretur, eruditorum iudicio, qui Scholæ præficeretur patriæ, quem equidem ille improbum satis, nisi me fallunt omnia, laborem & suscepit non inlubens, & demandatæ functioni tam fidelem navavit operam uti non ita pridem ad Sub-Rectorum eveheretur. Accesserunt alii indefesso labore parti honores, Magisterii in primis Gradus, & quæ Poetas condecorat Laurea. *Anno M. DC. LII.* Celo ipso disponente ad matrimonium adiecit animum, duxitque conjugem ANNAM MOLLIAM, lectissimam Virginem, quæ de nunc commentandum nobis aliquid. Nata illa est Lubecæ *anno MDC. XXVIII. d. 5. Junii.* Patre FRANCISCO MOLLI, Viro honesto & integro, Cive quondam Lubecensi non postremo, ERASMI MOLLI, Viri in arte Arithmetica peritissimi filio; *Matre* verò, quæ filiam supervivit mœsta, Matrona honestissima ANNA *Glassen / PETRI Glassen / Cerevisiarii in inclyta Lubeca primarii filia.* Vix lucem adspexerat NOSTRA, cum mox celo destinaretur per sacra aquæ tincturam. Accrescens addidit ea, quæ ingenuam puellam nescire nefas erat. In primis verò id operam dedit sedulo, ut pietatem, virtutum principem, pudicitiam, modestiam coleret, curamque domus haberet, quo ipso sibi AMSELII nostri conciliavit amores, in cuius torum deveniens, adeò quidem cum eo vixit concorditer, uti crederes, aut magis jurares, unam animam in duobus


duobus corporibus fuisse divisam. Et ne amoris deef-
sent pignora, parentem ipsum fecit trium filiorum,
totidemq; filiarum, PANCRATII, FRANCISCI, (qui
præcitâ extinctus morte in ipsa infantia, mortales inter
esse desit,) ANDRÆ, ANNÆ ELISABETHÆ,
CATHARINÆ & SOPHIÆ MAGDALENÆ, quin-
que nunc misellorum Orphanorum, quos cum Davide
audias querulari; *Pater meus & Mater mea dereli-
querunt me.* Plal. XXVII. Assumat illos Dominus, tol-
latq; de platea veluti יתום exposititios, qui nec pa-
trem nōrunt nec matrem! Sed ad BEATOS nostros.
Signavimus breviter Historiam vitæ. Laudes nullas
addimus. Neque enim laudari, sed laudanda facere
accurârunt nostri dum viverent. Meretur Noster, uti
vocitetur IPSE CANDOR, Nostra verò IPSA VIR-
TUS, ipsa in conversatione HUMANITAS, ipsa in
cruce PATIENTIA. Addenda sunt, quæ de obitu
utriusque morteq; accepimus. Currentis anni d. 30.
Martii optimum hoc par conjugum feбри acutissima
corripi cepit. Vocatus Medicus Experientissimus
Dn. D. JOHANNES BACMEISTERUS, Professor in
hac Academia celeberrimus. Adhibita remedia sa-
tis excellentia, sed successu nullo, vi morbi humanam
opem superante omnem. De anima ergò ejusq; salu-
te imprimis solliciti Nostri à pl. Reverendo Dn. D.
ENOCHO SVANTENIO, Archidiacono Jacobæo
vigilan-


vigilantissimo solamina ex Verbo Dei & petiēre eni-
xē & accepere, quibus acceptis penitusq; ad animum
admissis **NOSTER** quidem *d. 5. Aprilis* septimam in-
ter & octavam pomeridianam, *Nostra verò d. 8 ejusd.*
post horam duodecimam inter meditationes precesq;
sanctas, atqve constantissimæ fidei documenta per-
plurima Spiritum placidissimè posuit. Misereatur Pa-
ter misericordiarum miserorum orphanorum, procu-
retq; qui eorum in se suscipiant curam. Conservet ille
**Virum Consultissimum Dn. L. ANDREAM AM-
SELIUM**, qui jam Parentis instar esse cœpit dereli-
ctis, Benedicat ipsi, ejusq; familiæ, & impleat in ipso
quod promisit dulcissimus noster Conservator **Matt. V.**
**BEATI MISERICORDES, QVONIAM IPSIS MI-
SERICORDIA TRIBUETUR.** Vestrum nunc erit,
CIVES, desideratissimo Conjugum pari fre-
quentes ire exequias, quod abs Vobis
etiam atqve etiam enixè con-
tendimus.


**Convenietur hora I. in Templo
Mariano.**











duobus corporibus fuisse divisa
 sent pignora, parentem ipsu
 totidemq; filiarum, PANCRATI
 præcitâ extinctus morte in ipsa
 esse desit,) ANDREÆ, AN
 CATHARINÆ & SOPHIÆ M
 que nunc misellorum Orphan
 audias querulari; *Pater me
 querunt me.* Psal. XXVII. Assu
 latq; de platea veluti **דפון** ex
 trem nôrunt nec matrem! Sed
 Signavimus breviter Historiam
 addimus. Neque enim lauda
 accurârunt nostri dum viveren
 vocitetur IPSE CANDOR, N
 TUS, ipsa in conversatione H
 cruce PATIENTIA. Adde
 utriusque morteq; accepimus.
Martii optimum hoc par con
 corripit cepit. Vocatus Me
 Dn. D. JOHANNES BACMEIS
 hac Academia celeberrimus.
 tis excellentia, sed successu nul
 opem superante omnem. De
 te imprimis solliciti Nostri à
 ENOCHO SVANTENIO,

amoris deef
 um filiorum,
 NCISCI, (qui
 mortales inter
 SABETHÆ,
 ENÆ, quin
 cum Davide
 er mea dereli
 ominus, tol
 qui nec pa
 OS nostros.
 laudes nullas
 landa facere
 r Noster, uti
 IPSA VIR
 TAS, ipsa in
 yæ de obitu
 tis anni d. 30.
 ri acutissima
 erientissimus
 Professor in
 remedia sa
 oi humanam
 o ejusq; salu
 endo Dn. D.
 no Jacobæo
 vigilan-

